



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XXVI. De meretrice coniuge.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

X X V.

Audi decreta Synodi super istis: Frater torum defuncti fratris non ascendat, Domino dicente:

Ephes. 5. Erunt duo in carne una, ergo vxor fratris tui soror tua est.

X X V I.

1. Cor. 6. Audi Dominum dicentem: *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur.* Item adultera lapidetur, id est, huic vitio moriatur, vt desinat crescere, quæ non desinit mœchari. Item *si adulterata fuerit mulier, numquid reuertitur ad virum suum priorem:* Item *non licet viro dimittere uxorem, nisi ob causam fornicationis,* ac si dicat ob hanc causam, vnde si ducat alteram velut post mortem prioris non vetant.

X X V I I.

Ephes. 5. Quod vult pater, faciat virgo, quia caput mulieris vir. Sed requirenda est a patre voluntas virginis, dum Deus reliquit hominē in manu consilii sui.

X X V I I I.

Eadem ratione obseruanda sunt prima vota & prima coniugia, aut secundis prima non sint irrita, nisi fuerint adulterata.

X X I X.

Intelligite quid lex loquitur, non minus nec plus: quod autem obseruatur apud nos, vt quatuor genera diuidantur, nec vidisse dicunt, nec legisse.

X X X.

Numquam .: vetitus licet verum obseruanda sunt leges iubilæi, hoc est quinquaginta anni, vt non affirmentur incerta .: vicerato temporis, & ideo .: omnia negotia subscriptione Romanorum confirmanda est.